

Martin Elver

**Carmen Ad Illvstrissimvm Principem Ac Inclytvm Heroem Dominvm Ioannem Albertvm, Dvcem Megaloburgensem, Principem Vandalorum. &c. Comitem Suerini, Prouinciæ Rostochiensis [et] Stargardiæ Dominum. Ob ipsius aduentum in Montem Regium Boruþiæ scriptum. A Martino Eluero Demminensi Pomerano.**

Regiomontum Borussiae: Daubmannus, 1562

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn898707188>


Druck Freier  Zugang



I O A

H \* S \* M

P. 82



MK-1364<sup>1-9</sup>





CARMEN

AD ILLVSTRIS-  
 SIMVM PRINCIPEM AC  
 INCLYTVM HEROEM DO-  
 MINVM IOANNEM ALBERTVM, DV-  
 cem Megaloburgensem, Principem Vanda-  
 lorum. &c. Comitem Suerini, Prouin-  
 cia Rostochiensis & Star-  
 gardia Dominum.

Ob ipsius aduentum in Montem Regis  
 um Borussia scriptum.

A

Martino Eluero Demminensi  
 Pomcrano.

Regiomonti Borussia imprimebat  
 Ioannes Daubmannus.  
 Anno 1562.

CARMEN

AD HILVSTRIS

SIMVM PRINCIPVM AD

INCLIVM HEROEM DO

MIVM LOANNEM ABBATVM DV

non in eodum quibus Principum


formis de Comitibus eorum

de Reformatione et

Sanctae Domini

Originalis ab Antonio M. Anton Regis

in Domini



M. Marino Felice Domini

Pontificatus

Regionem de Borellis in

Johannes Dabmannus

Anno 1562

42

CARMEN  
AD ILLUSTRIS.  
SIMVM PRINCIPEM AC  
INCLYTVM HEROEM DO-  
MINVM IOANNEM ALBERTVM,  
*Ducem Megaloburgensem, Principem  
Vandalorum. &c.*

Ob ipsius aduentum in Montem Regium  
Borussia, Scriptum.



*Dum gemini fugiens Phœbus confis-  
sua piscis (ouis.  
Aurca Phryxæa uellere lustrat  
Induit & primum primos dum gra-  
men honores,*

*Squalida, nec Musis uota moratur hyems.  
A duena Riphæi uolucris dum frigoris exul  
Consuetas relegit sole repente uias:  
Nuncia Sarmaticas uolitabat fama per oras,  
Quas ferit Arctois Ennosigæus aquis:  
Heroum specumen Princeps insigne decussq;  
Ad nostras subito te properare plagas.  
Hic ubi Regalem piscosus Bregela Montem  
Et cornu bifido docta Lycæa, petit.  
Sic igitur ueniens ad nosiri Principis oras  
Aduentu plausus semina mille refers.*

B z

Bis

Bis leuis hæc (nec uana fides) decepit hiantes.  
Bis dubios sparsit garrula fama sonos,  
Et memini gaudens ut Principis aula fremebat,  
Alberti, qua tunc excipiendus eras.  
Nempe uiris diues generosis aula fremebat,  
Credula dum non spes, culmina lapsa foret.  
Pythius Aoniam Charites reuocabat in arcem  
Concelebrans Clario pectine dulce melos.  
Dulce melos, geniale melos, concentibus aptis,  
In quo leta nihil gaudia præter erant.  
Bregela sic placido lambebat letior amne  
Atria, Pierio nobilitata choro.  
Lambebat (reliqui spectarunt omnia) iudi,  
Vadi tunc Nymphis ex hilarare suis.  
At quid nunc faciunt dum spectant fronte petitum?  
Testantur passim gaudia: Voce, togis.  
Hic molles Elegos uolitanti pectine ludit,  
Reddens lætitiæ symbola rara suo.  
Ille representat Mantois carmina luccis,  
Et certat pedibus grandis Homere tuis.  
Pars habili ferunt corybantia Cymbala fuste  
Pars recreant nabis pectora dura suis.  
Tibia concentus quoq; multiformabilis edit,  
Tibia crispantes docta mouere sonos.  
Tympana sic alij quatunt & tympana reddunt  
Plausus, nec reticet gaudia docta Chelys.  
Quin

43  
Quin alij flatu modo cornua rauca fatigant,  
Hic uolucris repetit pectine fila lyrae.  
Nec mora, uocali fundit taratantara flatu  
Iubila, stelliferum uerberat atq; polum.  
Barbatam sobolem Lymphæ discussit ephebus  
Lucifer, igniflua te ueniente face.  
Aude, quod in gyrum quisq; sua carmina fundit,  
Atq; Duci faustum gratificatur iter.  
Vndiq; letitiæ uideas uestigia uerae,  
Vndiq; gratantur dijsq; hominesq; duci.  
Sed quid ego faciam, uigilans spectator adhaerens?  
Num modo me solum conticuisse decet?  
Sæpe quidem dixi, Dij dent perferre laborem  
Mæonijs pedibus commemorandus eris.  
Dum tamen in uersu referunt non numina uires,  
Delitias nullas, carmina nulla dedi.  
Nunc ego cum specto uultu, tua dona, figuram,  
Et quæ sit uirtus insita mente tua,  
Vnde mihi tremulo preceps audacia surgit  
Nescio, sic laudes persequor ore tuas.  
Ergo materiam sumo mihi sedulus aptam,  
Qua tibi lætitiæ symbola nostra feram.  
Sunt licet eximij Vates celeberrime Princeps  
Quorum pimploeo neclare uena scatet.  
Qui tua condecorant numeris Epinicia dignis  
Et laudis repetunt pleetra sonora tue.

A 3

Hoc

Hoc tamen ut facerem suadet sitis ardua laudis,  
Illa tuos morsus Liuor inique rapit.  
Illa uoluntatem placido de pectore promptam  
Excitat, & tantum sic uoluisse iubet.  
Cum uires desint, remanet uia trita salutis:  
Non potuisse quidem sed uoluisse tamen.  
Sic ut descendit mollis gladiator arenam  
Hosti par ualido si nequit esse suo.  
Ast quid principium, quis erit mihi carminis ordo?  
Carmine quo merito quoq; tuosq; canam?  
Dij melius, staret si uis ut prompta uoluntas  
Pieria uellem te celebrare tuba.  
Nomen & aeternum per me tibi forte maneret,  
Cuius ego merito portio magna forem.  
Cymbricæ ceu quantum creuit generosa propago  
Quæ generis iactas stemmata clara tui:  
Quæ uegetaq; manu fatali tempore gessit  
Inuictum uestrum læta Trophæa genus:  
Hæc ego pomposo uellem memorare nitore,  
Et grauius Heroo iam resonare pede.  
Sed quia pangendo non sunt in carmine uires,  
Tanta nec in numeris gratia, tanta Venus  
Ardua committam Clarijs celebranda Poëtis  
Bella, quibus facili uena liquore fluit.  
Non mihi Pierio manant modulamina riuo,  
Nec pedibus certis absona Musa fluit.  
Vestra

Vestra Sophocleos meruerunt bella cothurnes;  
Et quales Charites, cœlica cura probant.  
Musala nostra feros tolerauit dysade morsus  
Atq; supernacuo claudicat illa pede.  
Claudicat, in laudes nunq̄s satis esse uidetur:  
Laudis tanta patent æquora lata tue.  
Æquora lata patent hæc fundit nauita mollis,  
Hei mihi uentosis uix rediturus aquis,  
Stemmata si specio, claros fascēsque tuorum,  
Ecquid in Arcloolatius orbe micat?  
Nomina si trutina sapienter pondero iusta,  
Num totomundo candidiora manent?  
Quid: si conabor primo comprehendere uersu  
Stemmata, que nunq̄s degenerare docent,  
Protinus ipsa tuo me nomina clara nitore  
Que non sunt ueteri stirpe minorā, uocant.  
Illa quidem cupiunt primi fastigia uersus  
Hæc eadem titulis et superare suis.  
Quot tua nunc igitur tollam præconia pleetro?  
O Princeps alia commemorande Cheiy.  
Nemo tuas laudes satis enucliare Camœnis  
Sit licet ingenio floridiorē, potest.  
Quot lepores in Atho, tot sunt præconia laudis,  
Hæc igitur longum commemorare foret,  
Non te Stemma facit solum super æthera notum,  
Sed tibi dat uirtus Solis utramq; domum.

~ ~

Scilicet

Scilicet Aonijs cum sis durabilis Atlas,  
Auctas sustentas, prouehis atq; leuas,  
Cum pressæ uarijs tristantur cladibus artes,  
Nec datur Idalio neclare posse frui,  
Cum præceps tumido corrodit gutture uulgus,  
Vulgus præclari nescia turba boni.  
Solutu releuas præstas solatia solus,  
Solutus es innocuo firma columna choro.  
Sic ó perpetuis Princeps dignissime fastis  
Sic decet ut medicus ferre Galenus opem,  
Concaua te dicent sinuosæ littora terræ,  
Et referent meritis præmia iusta tuis.  
Numinis armigeri senserunt classica nunquam,  
Dum uoluis manibus sceptra superba tuiss.  
Maieestas, uultuq; nitens pax alma sereno,  
Occupat Austrini iugera culta soli.  
Prouita sedulitas facit hoc & uiuida uirtus,  
Quiq; tuo, diuûm, pectore uersat amor.  
Scilicet Aonijs cum non sis degener hortis,  
(A quibus auricomi scandimus alta iugi.)  
Sedulius obseruas non ficto pectore Musas  
Quæ tua uicturo carmine facta canunt.  
In te sic ueræ uirtutis imago relucet,  
Sic tibi sic uirtus itq; reditq; comes.  
Quid inuat auratos uenari fœnore nummos?  
Abdita uel positis antra beare lucris?  
Sis

45  
Sic ne decens sequitur rutilos reuerentia nummos,  
Ingeniumq; bonum fertilis arca facit?  
Fallitur o' nimium uexat quem tanta cupido,  
Ut dubitet Claras asseruisse uices.  
Non solum tumidus defendit moenia nummus,  
Illa sed Aoniae quippe tuentur opes.  
Tristis avaritiae rabies & foeda cupido  
Sint procul, & cedant qui sinus Op'is habet.  
Sola manet uirtus nullis peritura diebus,  
Quae uenit ex Musis gloria sola manet.  
Et nisi Pierides magnos resonare iuuaret  
Nomina cum rebus uinceret una dies?  
Facta quis Aeneae magni quis noscet Achyllis,  
Amphitryoniadis, Telemachiq; patris,  
Si non Aoniae texissent facta Camoena,  
Nec sinerent picea nube iacere decus.  
Tantae uirtutis sunt diuum scripta sororum,  
I nunc & Musas numina uana refer.  
Ergo nouem princeps, habitant dum monte puellae,  
Humida uel trisidae Phocidos antra colunt.  
Officij memores, certatim praemia reddent,  
Aequabunt nomen syderibusq; tuum.  
Adde, quod ille sum post ultima fata uigebit,  
Respuet & uires mors uiolenta tuas.  
Nam tu non uno memorari laude laboras,  
Nec patet in laudes arca parua tuas.

B

I

*Te quoq; felicitis cui feruent munera sortis,  
Si modo diuitie munera sortis erunt:  
Ingenuas didicisse iuuat non segniter artes,  
Dum loiti requies parua laboris adest.  
Plurimus assiduo sitiens submersus Iaccho,  
Dum natat, & nunq; quo satietur habet.  
Nec mora, raptat amor sacros inuisere fontes,  
Quos dubios cursus ceu Aegriana regit.  
Iam legis aut numeros diuerso fune ligatos  
Aut fingis docto uerba soluta sono.  
Germanus quoties te teutona uerba tonantem  
Aspicit, hunc, dicit, teutona terra tulit.  
Vndanti quoties tu Latia uerba lepore  
Aptas, censeris nec Cicerone minor.  
Tunc quoq; cum magnis certat uis insita uerbis,  
Non dubitas lepido promere graeca sono.  
Quid super haec addam, uersasq; uolumina Iuris  
Quod litis retriçi tollere bella docet.  
Quid, trudas monachos meliori dogmate cultus  
Et quicquid Christi foedat ouile Dei.  
Harpeyas uolucres que deteriora sequuntur  
Et Latij pellis monstra timenda Strigis.  
Hinc tua fama citis abit in sublime quadrigis,  
Non metuens magni tela trifulca Louis.  
Cedite Magnates, generosi cedite Reges,  
Hei quanta est uirtus asseruisse fidem.  
Tartarus*

Tartarus in reprobis domicilia certa locauit,  
Qui pius est sedes dicitur esse Dei.  
Confuluisse suis cupit hic, nocet omnibus ille  
Turgida dum tacito pectora felle tument.  
Præuius hic populos ad Cœlica regna remittit,  
Ille uenit Stygiæ proxim a cura foris.  
O præclara dies, niueis signanda lapillis  
In cuius cunas offitiosa fuit,  
Qui pia saluifici propagat dogmata Christi,  
Contemmens reprobi somnia stulta Strygis.  
Somnia stulta Strygis, quæ sunt uulgata per orbem  
Blasphemantq; boni dogmata uera Dei.  
O Princeps toto grauior spes addita mundo  
Deuoti summus Religionis honos.  
Dignus es annali celebrari laude Camœnis,  
Si decet ingenium concelebrare Ducem.  
Dignus es Aonio (nam quis te dignior esset?)  
Aequari rutilo, uindice uate, polo.  
Tu releuas merito Musas sine honore iacentes,  
Et docla solers arte Tropæa geris.  
Tu colis ætherni non solum dogmata Christi  
Propter & hæc tepido sanguine tela lauas.  
Testis es excelsis ô Ingolstadia muris  
Sensisti belli nam simulachra sui.  
Ut modo conticeam cessas non testor & Alpes,  
Nec timidæ ripas Cærule Mœnetuas.

B z

Quid

Quid tamen hæc refert rudibus meminisse Camæus  
Insignes laudes nominis aura sinut. (115)  
Non ego funesti possum te dicere belli  
Ansam, cum Martis uindictis arma cics.  
Nonne Deus iussit fessis succurrere rebus,  
Amplectiq; pium Religionis opus?  
Nonne Vir assuetis studeat prodesse libenter,  
Dum potis est foribus pellere triste malum?  
Dicite, quæ ferrum nociturum causa parauit,  
An, quod & innocuos pellere clade decet?  
Non ita concessit ferrum natura minacem:  
Vt quisquis, proprium quo tueatur, habet.  
Sic o te Princeps, quo non præstantior alter,  
Iniuste nunq; stringere tela iuuat.  
Scilicet optatam patriæ dum Marte salutem  
Defendis, uarios pellis & arte dolos,  
Vnde tuis iam iam floret pax aurea terris,  
Sunt procul & feces seuæ Megæratuæ.  
Aurea pax floret, florent Saturnia regna,  
Non secus ac Ianus clausit uterq; fores,  
Tempora conueniunt Musis, Phœboq; canentib;  
Pacis delicias Rustica turba colit.  
Pace nihil melius, florescunt omnia pace,  
Pace serit, renouat pace colonus humum.  
A superis pax est, stygio Bellona Tyranno,  
Quod bona pax tribuit, mox truculenta rapit.  
Hæc

Hæc præbet Musis sacra fronde coronam,  
Illa dat indignæ uerbera mille cuti.  
Est rabies belli, gurgis pelagusq; malorum,  
Candida pax omnis fons & origo boni.  
Hæc igitur memori trutinans in pectore tecum  
Vlterius possis bellica tela manu.  
Scilicet ut pacis tibi mollior aura ueniret,  
Nam pacem tutam classica bella iuuant.  
Ergo tibi multum Dux o debere factur  
Quisquis Castalij numina fontis amat.  
Et sua sollicitis persoluit pectora uotis:  
Vt patrium possis saluus adire solum.  
Saluus adire solum, uestro quod munere floret,  
Et celebrem Spartam condecorare tuam.  
Dum quoq; consocio uotis mea uota secundis,  
Protrudo Musæ munera, parua licet.  
Quæ precor excipias Princeps candore sereno  
Munera, non donis æqui paranda tuis.  
Sic Anaxerxi fumosa fluenta Viator  
Quondam porrexit (res ea mira) pio.  
Aurea cum desint, dicens, hæc instar habeto  
Muneris, o Princeps per tua sceptrâ rogo  
Inclutus excipiens placido Rex munera uultu  
Nil mihi nil, dixit, gratius esse potest.  
Quamuis regali non munera digna lacerto,  
Non tamen illa minus sunt pretiosa mihi.

B 3


Quod

Quod uires nequeunt potis prestare uoluntas,  
Ergo nec tetrica carmina fronte legas,  
Gloria maior erit titubanti maxima uersu  
Quam leuia Heroa concinuisse tuba.  
Post ubi maiores uenient in carmine uires,  
Et curret fluxu diuitiore melos.  
Heroo scribam sinuosa uolumina plectro.  
In laudesq; tuas ingeniosus ero.  
Interea multos numeres feliciter annos  
Ut possis studijs fautor adesse bonis.

E I N I S.

Handwritten text, mostly illegible due to fading and bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten notes on the left edge of the page, including numbers like 135, 246, and 40.




ERI


is

ri,

bis


ms.







Te quog  
Si  
Ingenuas  
Du  
Plurimu  
Du  
Nec mo  
Qu  
Iam legi  
A  
German  
A  
Vndam  
A  
Tunc qu  
N  
Quid sup  
Qu  
Quid, tr  
Et  
Harpey  
Et  
Hinc tu  
N  
Cedite l  
H



eruent munera sortis,  
munera sortis erunt:  
at non sequitur artes,  
ies parta laboris adest.  
ns submersus Iaccho,  
nunq̄ quo satiatur habet.  
mor sacros inuisere fontes,  
rsus ceu Acriana regit.  
diuerso fune ligatos  
uerba soluta sono.  
teutona uerba tonantem  
licit, teutona terra tulit.  
Latia uerba lepore  
nec Cicerone minor.  
nis certat uis insita uerbis,  
pido promere graeca sono,  
m, uersasq; uolumina Iuris  
ri tollere bella docet.  
os meliori dogmate cultus  
risti foedat ouile Dei.  
pue deteriora sequuntur  
monstra timenda Strigis.  
abit in sublime quadrigis,  
agni tela trifurca Iouis,  
enerosi cedite Reges,  
uirtus asseruisse fidem.  
Tartarus